

2079

C O D I C E S

2080

co beneficium aliquod ecclesiasticum conferat.

## DXLVIII.

308 Codex chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. nunc 41. f. curren-  
te calamo scriptus, multumque  
fitu passus inscribitur: *R. Archiepiscopus Armachanus contra fratres ordinis Mendicantium. Et mox: In nomine patris et filij et spiritus sancti et virginis Marye dei matris. Amen. Propositio R. (Richardi Radulphi f. five Fitz-Ralph) Archiepiscopi Armacani et Primatis Hybernie. facta in Consistorio coram Domino Papa (Innocentio VI.) et Cardinalibus alijsque Prelatis ad utilitatem Cleri et populi christiani super materia mendicitatis et priuilegiorum. contra fratres de ordinibus mendicantium quibuscunque. apud Aunionem die octaua mensis Nouembris Anno Domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo septimo. Thema: Nolite iudicare secundum faciem. sed iustum iudicium iudicate. Fo. VII. Capitulo. Initium: Pater Sanctissime in principio mei sermonis &c. Adi Cod. anteced. ubi pluribus de hoc Opere actum.*

## DXLIX.

233 Codex chartaceus lat. varii Aevi, Folior. 108. f. continet sequentia: I. Epistolam *Luciferi* ad Praelatos Ecclesiae, quae incipit: *Lucifer princeps tenebrarum tristia profundi regnans Ache-*

*rontis imperij &c.* et jam alias pluries notata est.

II. fol. 1. p. 2. absque titulo: *Guilielmi de S. Amore Doct. Paris. Tractatus de Periculis novissimorum temporum*, contra Ordines Mendicantium. Indicatum est pluries hoc opus, etiam Cod. DCCCIX. sed sine mutilum; in praesenti integrum excurrit prout in editione *ibid.* citata, sed Prologus contractior est, et ab his verbis orditur: *Quia nos vacantes sacris scripturis et exponentes eas attendimus in illis pericula novissimorum temporum &c.* Subscriptio ad calcem: *Explicit abrenunciatio contra pseudo predicatorum.* Confer et Cod. DXLV.

III. fol. 11. p. 2. absque titulo Tractatus contra Mendicantes, seu de Confessione proprio Parocho facienda. Incipit: *Obedite prepositis vestris et subiaceatis eis &c.* et IV. Articulis constat: de confitentis obedientia, de confessionis efficacia, de confessione ordinario, de confessione adventicio. Richardi Armachani et Guilhelmi de S. Amore affecta est Autor, moderatus tamen; ait enim in Prooemio: *Nullum enim erroneum intendo dicere. Absit hoc a me. Quod si contra intentionem meam esset in hoc tractatu erroneum aliquid ab ecclesia iudicatum ex nunc reprobato et reuoco &c.* Tria haec Opuscula sub exitum Sec. XIV. descripta videntur. Quae vero sequuntur ad XV. pertinent.

IV. fol. 23. Confilia quaedam ad Sectam *Hussitarum* reprimendam,